

David Richter


**Magnus II. Dux Meclenburgicus, Tritavus Serenissimi Ducis Atque Principis,
Domini Caroli Leopoldi Ducis Regnantis Meclenburgici ... Gloriosissimum
Natalem Felicissimo Sidere A. M D CC XLI. D. XXVI. Novembr. Redeuntem ... In
Gymnasii Auditorio Maiori Celebrandum ... Praesides Et Sacerdotes Utriusq[ue]
Iustitiae Ad Benevole Easdem Audiendas Obsequiosissime Et Humanissime
Invitarem Aliquali Opera Recolebatur**

Rostochii: Adlerus, [1741]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832289566>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832289566/phys_0001

MLK-9453-(1.)

41

MAGNVS II.
DVX MECLENBURGICVS,
TRITAVVS
SERENISSIMI DVCIS ATQVE
PRINCIPIS,
DOMINI
CAROLI LEOPOLDI

DVCIS REGNANTIS MECLENBURGICI, PRIN-
CIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVRINI
ET RAZEBV RGI, COMITIS ITEM SVRINENSIS, TER-
RARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE
DYNASTAE Etc.

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,
CVM HVIVS
GLORIOSISSIMVM NATALEM

FELICISSIMO SIDERE

A. MDCCXXI. D. XXVI. NOVEMBR. REDEVNTEM,

PVBLICIS SOLENNIORIBVSQVE ORATIONIBVS

IN GYMNASII AVDTORIO MAIORI

CELEBRANDVM

CRAS V. D. FINITIS SACRIS, CIRCA HORAM IV.

CELEBRANDVM INDICEREM,

PRAESIDES ET SACERDOTES VTRIVSQ. IVSTITIAE

AD BENEVOLE EASDEM AVDIENDAS

OBSERVATISSIME ET HVMANISSIME INVITAREM

ALIQUALI OPERA RECOLEBATVR


A ME


M. DAVIDE RICHTER, GYM. GVSTROV. RECT.

ROSTOCHII, LITTERIS IO. IAC. ADLERI, SERENISS. PRINC.

ET ACAD. TYPOGRAPHI

*Ecc
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis*





uo saltem ex omni vita **HENRICI**
Pinguis, momenta illustratum ivimus
superiori anno. Quia vero per tem-
poris conditionem opera prelo subje-
cta divulgari nequivit, alii eandem
reservabimus opportunitati. Ne au-
tem haec temere dicta putes, scias

I. me inquisivisse historiam controversiae de successio-
ne Ducum Meclenb. in Ducatum Saxo-Lauenburgicum ex
mutuo, utriusque Serenissimae Domus fraternitatis affectu atque
jure, toties firmata & repetita; qua occasione **KLVERVS**
locupletatus suas passim accipiet accessiones. Praeterea

II. Eruditos, Rerumque Feudalium peritos, sollici-
tavi, ut inquirerent: Quonam Autoritatis valore relicta Wil-
helmi, ultimi Venetorum Principis, Vidua **SOPHIA**, una
cum Principe sua filia **CATHARINA**, relicta **Vlrici II**, ultimi
Meclenbursensium ex linea Stargardiensi Ducis, Vidua,
etiam post factas jam ab **HENRICO** *Pingui* & Coheredibus
occupatarum tum A. 1436 tum A. 1477 hereditatum divisiones,
maioris ponderis praedia (fundos enim tenent sat multos, ditif-
simorumque vectigalium, quos praeterea flumen secat fere
omnes) largiri potuerint? Ipsas hujus quidem generis literas
feudales, cum in *Selectis Jurid. Rostoch.* Fasciculo I. Specimine
28vo pag. 223 earundem factam fuisse mentionem viderem,
facile quidem a Cel. eorundem **AVTORE**, pro sua erga nos
benevolentia, impetraveram. Quod autem interea differtur,
non prorsus aufertur, & prima quavis occasione datam li-
berabimus fidem. Has vero operas chartasque sibi consecra-
tas habebit **HENRICI** *Pinguis* filius natu tertius

MAGNVS II.

de cujus virtutibus ita exponam, ut duo vel tria admodum
memorabilia praeter ceteris explicare studeam.

Primum vero locum occupet ipse in Terram San-
ctam, quod A. 1470, annos natus undetriginta, una cum

A 2

Patru-

Patruale suo VLRICO II. Duce Meclenburgo-Stargardico & cum fratre natu minimo BALTHASARE, qui A. 1468 Rector Acad. Rostoch. multa cum gloria bis præfuerat, ingressus est loca Palæstinæ sacra invisuri. His enim temporibus in summa omnium Principum laude erant, qui sepulchrum Dominicum, tanto cum vitæ libertatisque periculo, tantisque viarum & itineris molestiis adire sustinuisent. Ex eo enim tempore, quo ante quatuor sæcula S. Bernhardus classicum Belli Sacri seu Expeditionum Cruciatorum primus cecinerat, tantum aberat, ut in plurimorum Principum Privatorumque animis ardor ille Hierosolymas petendi deferbuisset, ut potius has peregrinationes *Viam Dei, viam Sanctorum, Sanctorum iter* vocitauerint, teste CAROLO DV FRESNE in *Glossario Latinit.* Tomo III. f. m. 1302. Hinc proinde factum fuisse credo, ut sacra hæc itinera nunquam frequentiori studio celebrata fuisse reperiamus, quam hoc ipso XVto & superiori seculo XIV. Certatim namque & agmine quasi facto ad has peregrinationes se accinxerunt Serenissimi quique Principes. Vide M. HENICHI disp: *Alteram, de Itineribus religiosis quorundam Principum Guelficorum in Palestinam, alteram vero, De Itinere armato & curioso eorundem Principum, A. 1724. Helmstad. habitas, recensitasque in Annalibus Acad. Julæ, Semestri VIII. p. 199 & Semest. IX. p. 22. quibus addes M. AREND Diff. Hist. de Brunsvico-Lunaeb. Principibus singularia cognomina indeptis, Brunsvigæ A. 1724. emissam. Imo vero cum viderent, tanti æstimari has Dei vias ut ALBERTO IV. Duci Austriaco, cognomen *Mirabilia Mundi*: HENRICO II. Juniori, Duci Brunsvicensi, cognomentum *de Gracia*: HENRICO Duci Saxon. cognom. *Pii*, aliisque quam plurimis cognomina maxime gloriosa pepererint, neque nostri Principes, quos modo reverentiæ amplitudinisque causa nominavi, sibi suæque gloriæ deesse voluerunt, sed eadem pericula superare feliciter tentarunt. Pluribus id relatum legimus in b. LATOMI *Genealo-Chronico Megapolitano MSto*, sub VLRICO II. his quidem verbis. *Im folgenden Jahre, post nuptam nempe Elisabetam, Ulrici II filiam natu minimam,*
*quæ**

quæ facile Annum 1469 attingit, ist Herzog Ulrich mit seinen
 Vettern, Herzog Magno und Herzog Balthasar, und mit vie-
 len von Adel, entweder die Türken, oder Saracenen von den
 Grängen der Christenheit zu vertreiben, oder auch aus heiliger
 Andacht und Aberglauben, bey Gott Gnade zu erlangen, und
 Heyl dadurch zu erwerben, gen Jerusalem gereiset, hat daselbst
 seine Vettern gelassen, und ist auf den Berg Sinai und gen A-
 lexandrien, der heiligen Jungfrau Catharinen Grab zu beschau-
 en, gezogen, und also ein ganzes Jahr ausgeblieben. Als Er
 aber im andern Jahr heimgekommen, kam Er jämmerlich umb
 sein Leben. Planum inde fieri videtur, hoc Seren. Principum
 iter, tanto Nobilium comitatu, in quo nec suas Principum
 personas simularunt, susceptum, non tam religiosum quam
 potius armatum vel curiosum fuisse, quia ex devota curiosaque
 saltem pietate ad viam ingrediendam Ser. Duces accensum
 videntur. Frustra autem hanc amentiae & imprudentiae no-
 tam Ser. Ducibus inurere audebis, quod per se & suos comi-
 tes, ex finibus suis iverint exturbatum Saracenos, quos ne per
 tot quidem cruciatis expeditiones, per integra etiam secula
 repetitas & restauratas, suis posse ejici sedibus satis abunde
 intellexerant. Quantuscunque autem comitum fuerit nume-
 rus, ex Epitaphiis tamen & sepulchralibus Inscriptionibus
 Dobberanensibus observavi, *Siegfriedum ab Oerzen* hisce non in-
 terfuisse viatoribus, vitaeque finem ibidem jam ante 21. annos
 fecisse, cujus ut men ora ab interitu & oblivione vindicaretur,
 his quidem versibus cavet grata posteritas atque cognatio

Da man schrieb tausend vierhundert Vierzig und Neun Jahr
 Starb Siegfried von Oerzen im Herren Lande zwar
 Begraben aufm Berg Sion bey der Minoriten Schaar.

Vtrum vero per montem Sionis, culmina Sinai sint intelli-
 genda, an vitium in scriptura lateat, alii sine arbitris compo-
 nant. Sed ad Pietatem veniamus, quam licet nemini verta-
 mus vitio, istam tamen pietatem, quam b. Latomus præterea
sanctam judicavit appellandam, & quæ infelici vinculo
 cum superstitione (heilige Andacht und Aberglauben) fuit col-
 ligata, Deus prohibeat a nostris mentibus, quia periculum esset,

ne superstitionis foeditas omnem pollueret everteretque pietatem. De ipsis autem peregrinationibus iudicaturi, religiosas illas distinguunt a curiosis. Illarum profecto necessitatem, ne ipse quidem BELLARMINVS Lib. 3. de Cultu Sanct. cap. 8. asserere nec commendare audeat, sed ingenue confitetur, id saltem de iis quaeri: *An licita sint?* Quid? quod ANDR. KVNADVS in suo *Constantino M. Evangelico*, Antikeddiano p. m. 43 aperte pronuntiavit: *Nihil in hac re a pietate alienum esse, si quis concepto voto visendi ista loca ad eadem fuerit profectus.* Tam facilem vero iudicem non invenerunt b. NICOL. HVNNIVM, sed certum eundem habent accusatorem, quem videbis in sua *Apostasia Ecclesiae Romanae* §§. 192. 423. 604. Magis autem & acutius tetigissent hi Polemici totius causae momentum, si quaestionem solutu difficilior, suis extricassent nodis, An nempe vetus & genuinum Salvatoris nostri sepulchrum etiamnum superfit, ita, ut cum hodierno idem sit numero? quod ne ipse quidem WILH. de BALDENSEL, eques auratus Hierosolymitanus A. 1336 ad Terram Sanctam profectus, ceu *antiquus* testis affirmare, sed palam negare sustinet, in suo *Hodoeporico*, cum sua tamen, ex voti obligatione, maxime intererat, rem confirmare omnem. SALOM. etiam SCHWEIGERS in sua *Itineris Constantinopolit. & Hieros. descriptione*, licet simpliciter sit confessus, verum Christi monumentum per terram motum aliquot ulnas in terram descendisse, monachos vero aliud sepulchrum tunc excidisse, ex levissima tamen ratione praesens monumentum fictitium esse pernegat sanctuarium. Vide b. I. A. SCHMIDIVM in *Tumba Servatoris* A. 1703 Helmstad. exposita, cap. I. Sect. 2. §. 6. p. 26. & §. 10. p. 30. cui addes M. GODFR. THILONIS Exerc. Philol. de *Sepulcro Christi*, cujus potiora dabit SCHVZIVS in *Appar. Nom. Propr. Bibl.* Tom. II. pag. 904. sqq. CASAVBONVM Exercit XVI. ad *Annales Baronii*, pag. 122. BYNAEVM in *Geceuehigten Christo* cap. 20. p. 828. De curiosis autem itineribus Politici, omnia ex utilitate metientes, iudicabunt. Cum enim a Praefecto Urbis *Venia intrandi sepulchrum duobus cecchinis Venetis est redimenda, pro ingressu autem sepulchri Dominici solvendi sunt novem cecchini, semicechinus pro saccharo*

charo officialium, sesquicechimus pro Cereis in processionibus ac locorum visitatione incendi solitis, prouti & hujus quoque rei testis est itidem αὐτοῦπιος & locupletissimus Ioh. Cotovicivs Ultrajectinus apud b. Schmidium l. c. §. p. 34. quilibet facile intelliget, utrum tanti poenitere sit emturus an minus? Sed vero mittamus has peregrinationes devota saltem curiosaque pietatis causa susceptas, videamusque potius cur tanto ardore praeterea flagraverint peregrinandi? Praecipue autem heic Principum animos inescabat, quod reduces ex Palaestina facti, pronam facilemque Pontificem conveniendi facultatem consequerentur & ad osculum pedibus Ipsius insigendum gratiose admitterentur. Neque sic tamen felicitatum speratarum & impetratarum numeros expleverant omnes, quia maior ad easdem accedebat cumulus, cum praescirent, se a Papa Rom. mox donatum iri Rosa aurea, quam maiori profecto laudi sibi ducebant, quam si victores Olympiae citati fuissent. Sic quavis lauro gloriosiore & magnificentiore habuerunt suam Rosam. hoc ipso fere temporis articulo ALBERTVS Antiosus, Dux Saxoniae, faustissimus ille lineae Albertino-Saxonicae conditor, quam A. 1476 vel ex aliorum fide A. 1479 Roma domum reportabat, & ERNESTVS, frater Eiusdem natu major, Elector Saxoniae, florentissimae illius Ernestino-Saxonicae lineae Autor, qui suam A. 1480. Romae accepit Rosam Auream & hodie quoque ab Episcopatu Misnenfi inter reliquias vel cimelia potius sanctiora conseruatam. Ducem quoque Pomeraniae WRATISLAVM VIII. A. 1412 eodem Rosae Aureae munere dignum fuisse habitum, Historicorum loquuntur monumenta. Quanti autem Eiusmodi Rosa fuerit aestimata, paucis certe dici nequit, praesertim cum pretium illius fuerit inaeestimabile habitum, quod ex consecratione eiusdem praecipue oritur. Pleniora autem haec omnia exposita videbis a. b. GRAPPIO in Sched. Hist. de Rosa Aurea a Papa Rom. quotannis solenniter consecrata A. 1696. Lipf. ventilato, qui etiam Sect. post. §. 10 & seqq. studiose admodum collegit exempla Imperatorum, Regum, Ducum, Faeminarum Illustrium, Civitatum, Rerumpublicarum, Basilicarum, Virorumque Primariorum quibus olim & ex omni aeo missa fuit a Pont. Rom. Liceat nobis

bis

bis addere Huic unicum SCHERZERVM in *Progr. publ.* p. 346.
 fqq. program. 26to quia festive admodum pro sua ingenii u-
 bertate ex DVRANDI Rationali Lib. VI. cap. 53. f. 314 fqq. Ro-
 sa hujus consecrationem docuit. HVNNIVS autem de Apo-
 stasia Rom. Eccles. §. 440 seq. germanicæ versionis, de Eadem
 judicavit. In tantam ergo hujus gloriæ felicitatisque socie-
 tatem Seren. nostri Duces pariter venerunt, quia reduces ex
 Palæstina facti Sixtum IV Romæ conveniendi impetrarunt ve-
 niam. Magnus autem Nostras, post undeviginti annos cum
 A. 1486 Cathedrale Templum Rostochii moliretur, solus præ
 Comite suo, Episcopo Raceburgensi istam retulit gratiam, ut
 Innocentius VIII. qui ante biennium Sixto successerat, hanc
 Eidem polliceretur Rosam Auream. Juste hæc omnia recen-
 sivit in suo Chron. Lubec. MSt. RAIMARVS KOCHIVS A. 1486.
 ita: Vnd des ys de Forste vñ aflates wyllen nba Rhome ge-
 tagen vnd heft den Biscop van Rakeborgh, S. Johan Parckens-
 tin, van Adel gebaren, mych syck genamen, vnd am Papeste
 Innocentio langen laten, dath he uth papestlyker Geroalt dath
 vornehmen des Forsten van enen nyene Dome tho Rostock twole
 de confermeren, vñnd mych bannes Dwanghe de Rostocker dath
 tho hebben, dath see syck vorth ahm nycht mer weggerich ma-
 ckeden, de Papest ys tho der sache wylligh gewesen, vñnd heft
 dem sulvigen Biscop van Rakeborgh tho enen executor mit pa-
 pestlyken Bevele gherustet. Idt heft vcf de hyllige Vader thore
 Dancknamyheit dem Forsten gelaver, up dath thokamens
 de Jar ehm alse enem besondergen Sonne der hylligen
 Röm. Karcke de güldenn Rhose tho senden. Cum enim
 Rosæ Aureæ consecratio non nisi in *mediana quadragesima*, cum
 in templis *Latare* illud Dominicale resonat, peragatur: Ser.
 Ducem vero mense Novembr. in aula Papali versatum fuisse
 Latomus doceat; ista certe anni tempestate promitti saltem
 hæc Rosa potuit. Quantis vero gratulationibus anno sta-
 tim proximo RAIMARVS HAHNIVS, Legatus Pontif. hanc
 Magno obtulerit Rosam, pluribus, eximia cum diligentia ex-
 posuit KLVVERVS Illustratus Tom. III. Part. I. p. 630. Satis
 autem hinc apparet b. MARESCALCVM in *Annal. Herul. VII.*
 8. apud

8. apud Kluverum l. c. p. 599. haec de Hierichuntina publicitus donata explicantem, errare. Hierichuntina enim Rosa ne consecratur quidem unquam, nedum Pontificaliter, aut statuta die fixaque Dominica. Fabulam quoque olere quod Hierichuntina in solis vigiliis nativitatis Dominicae se pandat totam suaque aperiat folia, ipsemet asseverat HIEREM. DREXELIVS in *Aurifod. Part. 2. cap. 6. p. m. 121.* Ego, inquit, ipse huius rei, quod nempe omni die quoties Hierichuntina aqua imponitur, toties quoque se pandat totam, *experimentum sumpsi, paratus id quavis hora monstrare.* Conf. *Natur- und Handlungs-Lexicon* voce: *Rosa Hierichuntia.* Sed ad penates redeamus patrios, qui alterum Magni comitem Balthasarum Ducem absentem licet & circa loca sacra harentem, nec nisi futuro proximoque anno sibi suisque reddendum, ipso die *Sanctorum Cosmi & Damiani postulaverunt in Rectorem Universitatis Rostoch.* Vid. Cel. Dn. Prof. WOLFFII disp. de *Rectoribus Acad. Rost. Magnificentissimis*, sub Praesidio AEPINIANO A. 1714 habitam, §. 2. ubi etiam egregie admodum de vita Balthasarum exponit, id quod non minus scienter praestitit *Rostochisches Etwas* A. 1737 p. 167. seqq. *Cosmas enim & Damianus Medici gratuiti* in Calendario Graeco ipsas sibi vendicant Calendas Novembres, vide BVCELINI *Nucleum Hist. Univers. plag. B. fol. 8.* Postquam etiam mox insequenti Anno 1471 cum VLRICO II. altero Itineris sacri Socio Domus Stargardiensis Meclenburgica exspirarat & Pater HENRICVS *Pinguis* A. 1477 d. 19. Mart. rerum summam Magno huiusque fratribus reliquerat, Is rebus praeclare gerendis strenue dedit operam optimo quovis Principe dignam. CRANTZIUS itaque in calce suae *Vandalia* & CHYTRAEVS in sua *Saxon.* passim, cum huius Magni laudes illustrant, RAIMARVM KOCCHIVM sunt secuti, qui circa finem A. 1490. cum turbis Rostochiensium componendis, manum admoverent, hoc eum mactavit elogio. *Uberst alldus hefft dhe ghode Forste vth synen framen Dudesken Harten de Gake sulvest geschlichtet vnd thom ende gebracht, und hede de de Beyde gewareth van A. 87. vnd A. 1. Is dhe Frede weder ghekamen. Dusse ghode Forste ys van natur fram ghewesen vund hefft aver ganze Dudeske nation den namen gehat, dath*

he de floke Hartich Magnus wahr genometh, he plach ene wyse tho hebben, wenn he synen Rhade wat wychtiges hebde borghes geben, wenn eyn Ider syne menynge gesecht, plach he tho antwerden, wy dancken yu yuwer Rhades, wy rhaden nun vorthe an, He wolde ock nene Vthlender noch Eddel edder Uneddell yhe ne synem Have hebben, vnd wenn he von frunden vnd Bedderen ghefrageth warumme, plach he tho antwerden: Disparibus hominibus nunquam bene trahitur curus. By dusses Forsten Das ghe is ene guldene tyde yhm synen Lande gewesen, ser ghode munthe, gode Frede, nene schatrynghe, vnd alle Dynck wollfeyle. Singulis etiam adsentior, nisi quod negatis tributis & exactionibus Historici reliqui aperte contradicant. Vid. Klaverus l. c. p. 599. Nos vero instituti nostri memores tandem aliquando

SECUNDVM locum dabimus verbis Chemnitianis: A. 1495 besreyet Kayser Maximilianus das Herzogthumb Mecklenb. von dem Westphälischen Rechte, welches auch auf öffentlichen Reichstag zu Worms eodem anno 1495 war reformirt vnd desselben übermäßige Gewalt zünlich beschnitten, quadautenus illustrandis. Quæ enim hujus iudicii fuerit ratio, severitas atque Autoritas præ cæteris in apicem produxit docuitque immortalis gloria ICTUS b. MENCKENVS in diff. de Feimeris, Veteris Westphalorum Iudicii Scabinis, quæ oclara est in Decade Eiusdem Dissert. Academ. p. 325 usque p. 400 Sed vero

TERTIVM momentum aurem nobis vellicat lucemque aliquam postulat. Verba in Epitome Chemnitiana hæc sunt: A. 1501 wirt Herzog Magnus den Maltzahren das Städtlein Penzlin ab. Hæc vero ex Diplomatario Pentzlinienfi, cujus priores octo membranas sive codicillos in pecul. program. A. 1738 exhibui, ita illustrari possunt, ut data huic opportunitati inservituri, Nonum atque Decimum hic inferere vel superioribus potius subungere ex re & usû judicaverimus nostro. Ne autem numeros dicti Diplomatarii olim adhibitos migrare uel turbare videar, en habeto priori loco

Numerum IX. ejusque tabulam his quidem verbis scriptam: Wy Magnus vnd Baltasar, Gebrüdere, Henrick, Erick vnd Albrecht, Heren Magnus Sohne, von Gottes Gnaden Hertogen tho Mecklenb. Forsten tho Wenden, Graven tho Schwes
vint,

rin, Rostock vnd Stargard &c. der Lande Heren, bekennen vor
 Uns, unse Erben vnd sonst vor als weme, dat wy de Ersame
 Borgermeister vnd Rachtmanne, AlderLude, Werckmeistere v.
 Gilde, vnd ganze gemene der Stadt Pencklin, tho rechtem Er-
 be, ehrer Plicht Eede vnd Ershuldigung, damit se uns vnd unse
 Herrschop vnd Erben betteher tho verwant gewest, hebben verlas-
 ten, vnd de forder tho doende an den gestrengen vnd wohldüch-
 tigen Hern Berend Maltzahn Ritter, vnd synen Erben, nu vnd
 tho ewigen thiden tho blieden. In maten vnd forme wy her Be-
 rend Maltzahn vngemeldet vnd sine Erben, des nochhaftige Brea-
 se vnd Segel van uns daraber gegeben. tho Ohefund vnd be-
 kenntnis, hebben wy gemeldte Forsten, Her Magnus vnd Her
 Baltasar, vnd wy, Herr Henrick vor uns vnd Herr Erick, vnd Her
 Albrecht beide unse Brodere, unse Ingesegel an disen Bref dran-
 hengen, dat wy gemeldte Forsten, Herr Erick vnd Herr Albrecht,
 unsers Broders Hertogen Henricks Ingesegel so bekennens vnd
 mede brucken. De gegeben vnd gescreven ist tho Güstrow am
 Friedage de Divisionis Aplor. Anno Vesteyen Hundert v. Cen.
 (L. S.) (L. S.) (L. S.)

Desiderabis hic fratrem natu maximum ALBERTVM,
 quia ad vitam meliorem jam A. 1483. transierat. Qualis au-
 tem Magno cum fratribus suis intercesserit Imperii Commu-
 nio, nemo IOHANNE ALBERTO I. Magni Nepote nos
 docere poterit rectius. Ita autem ille in Testamenti Sui Ta-
 bulis aqud KLVVERVM locuplet. Tom. III. Part. 2. Append. 2.
 p. 92. & STRYCKIVM de Cautelis Testamentorum p. 1232
 seqq. reperiundis. §. 10. Auf welcher Ursachen, dann auch
 weyland unsers gnädigen lieben Herrn Großvaters Herzog Ma-
 gnus Zeiten, S. Gn. die Regierung allein geführt, ungeachtet
 das S. Gn. zweien Brüder Herzog Erichen vnd Herzog Bal-
 thasar gehabt, vnd von wegen solcher einigen unzertheilten, vnd
 gleichwohl nicht gemeinen noch gesanten, sondern auf S. Gn.
 Person allein hastenden Regierung dieser Lande zu Mecklenburg
 in hochster Wohlfaht vnd Ansehen geschwebet, S. Gn. ein für-
 trefflicher hochgeachter Fürst bey jedermann im ganken Reich ge-
 wesen, vnd die fürnehmsten Chur- vnd Fürstl. Häusern in Teutsche-
 land sich mit Deroselben zu befreundten Lust vnd Verlangen ge-
 habt. Quo autem vitio Magni filius Ericus pro fratre Alber-

to irrepsferit, cum constans lectio *Ericum* exprimat, divinare nondum potui. Notabis præterea II, variationem in Ducali titulo, quia verba *der Lande Herrn*, non ad Dynastiam Rostochiensis vel Stargardiensis restricta fuerunt & limitata, ut hodie vulgo fieri assolet, sed quia *modum habendi* provincias omnes, docere videntur. Hinc post vocem Stargardiæ non solum *to &c.* etiam in Germanica scriptura visum additum, sed generale sive universale epiphonema, cæteras Ducales aliasque dignitates includens, additur: *Terrarum Domini*. Observo porro III. Trigam filiorum Ducis Magni sine dubio per Maltzahnianam providentiam non solum ut testes, sed & ut Donatores sive Collatores Pentzliniensis beneficii fuisse adscitos, quia Maltzahnus facile hariolari potuit, fore, ut Serenissimo Magnoque Parente dignissimus sanguis mox ad clavum reipublicæ admoveretur. Perquam ergo opportune cavuit, ne hanc Patris donationem facerent olim irritam Serenissimi Successores. Parum quoque abest IV. quin adseverem Insignium Meclenb. facultatem soli primogenito datam fuisse neque ex re Seren. Ducum fuisse visum usum Sigilli Meclenb; illius præsertim quod Majestaticum appellare gaudebant, promissum fieri & per commissiones quaslibet obsolescere. Ipsa vero Donationis traditio haud prius peracta videtur, quam Dn. Bernhardus Maltzahn publicis solennioribusque literis fidem dedisset Seren. præcipue Ducibus, se Pentzliniensis Civitatis Iura & immunitates, quas per superiora Privilegia ab indulgentia tum Seren. Ducum tum Ser. Principum Meclenb. consecuti fuerant, factas conservaturum testasque. Accipe itaque ipsas has literas.

No. X. Ich Ehr Berend Maltzahn, Ritter und Erbschall des Landes Stettin, bekenne apenbar, vor als wem, vor my vnd myne Erben vnd Nachkommelingen. Nachdem my de ehrlichsten vnd hochgebohrne Fürsten vnd Herrn, Herrn Magnus und Baltasar gebrodere, Henrick, Erick v. Albrecht des genanten H. Magnus Sohne, alle Hertogen tho Mecklenb. Fürsten tho Wenden, Grafen tho Schwerin, Rostock vnd Stargard, ic. der Lande Seren, de Schlot vnd thobehöringen tho Penslien, my vnd myne Erben ewiglichen verlaten, na Inholde des Lehnbriefes, so Ihr Gnaden my vnd mynen Erben daraber gegeben, vnd ick vnd myne Erben wollen darup densulven Borgermeistern vnd Rathsman-

nen.

nen, Alder-Lüden, Gilden und Wercken, so geerthuldiget, gelavet und geschwaren, by ehren Privilegien, alt herkommen Frieheiten und Rechtigkeiten so van oldings van den Forsten und Herschaphen se gehatt, darby bliven laten, und de in allen Dingen nicht verringern, sondern helfen vermehren. Des tho ohrfonde hebbe ick Herr Berend Maltzahn upgemeldt, vor my und myne Erben myn Insegel an disen Bredohn und laten hengen. Geschehen am Donnerstag nach Divisionis Aplorum. Anno im vefteyen hundertten und einem Jahr.

(L. S.)

Locum quo haec scripta sigilloque munita fuere, videbis omissum, qui Gustroviane an Pentzlinium fuerit, parum nostra refert. Quia vero post festum Divisionis Apostolorum promulgata fuerunt, sextiduo saltem posteriores videntur quam signatae a Ser. Ducibus literæ supra No. IX. productæ. Nullus quoque dubito, quin inclyta MALTZANIORVM Gens, in tam illustri summarum dignitatum loco semper cum gloria eaque eximia, posita, pro insita sibi avitaque clementia hanc Pentzliniensibus datam fidem abundantissime solverint: Pentzliniensibus autem nihilo scius suas mordicus asservabant tuebanturque Privilegiorum tabulas Ducalis earundem Originis & interpretationis authenticæ probe memores. Sicuti enim a Ser. Ducibus Meclenb. principibusque Venetis olim erant concessæ, ita & quasitam Earundem Immunitatum Confirmationem gratiosissime impetrarunt, tum ab VLRICO (quæ sane reconditam hujus Ducis in asservendis talismodi generis chartis loquitur sapientiam) auf dem Closter Dobbran, den eilften Mohnatstag Junii nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers Geburt 1593. tum ab GVSTAVO ADOLPHO, Gustro. d. II. Mart. A. 1659. tum etiam a FRIDERICO WILHELMO, Sverin d. 1. Febr. Ao. 1702. quæ singula claudunt diplomatarium Pentzliniense. Animadvertes quoque Maltzahnium sibi titulum Ehr. SERenissimis autem Ducibus, quibus hoc debebat beneficium, testaturus gratissimum animum, tribuisse idem fere prædicatum, sed in sensu eminentissimo sive gradu, quem Grammatici vocant, superlativo, cum eos salutet: de ehelichsten, quæ proinde voces singularem postulant considerationem

B 3.

he-

licet itaque me non fugiat *Chy* significare Vafallum & Feudatarium adeoque de *Chrligste* Dominum Feudorum & Vafallorum indicare; vide *KLVVERVM Locuplet.* Tom. III. Part. I. p. 608. malo tamen simplicem hic praeferre literarum metathefin, ita ut Maltzahnus modestiae causa, quia ipse harum literarum autor fuit, se *Chy* pro *H.* Principes autem, Dominos Dominorum nominaverit. Qui enim est Dominus κατ' ἐξοχήν is utique in suis saltem ditionibus est *Archi-Dominus de Herrligste Conf. BECMAN. Synt. Dignit. Illust. Diff. I. Cap. 4. §. 2. p. m. 71.* Video praeterea in superioribus Principum literis Maltzahnium non vulgari Nobilium titulo tüchtiger qui tum invaluerat, vocatum, sed ex omni Nobilitate Honoratiorem iudicatum fuisse *Wohldüchtiger Herr* q. d. Virum maxime frugumque plurimis probatum docente *BECMANNO, l. c. diff. 14. §. 15 p. 1197.* Num vero tanta apud Seren. Principes gratia vel ideo quoque floruerit, quod Itineri Sacro instar fidi alicujus Achatidis interfuerit, haud facile dixerim. Interim post biennium, cum Pentzlinium per donationem perdidissent, Ser. Dux Magnus, Princeps certe sui nominis, diem obiit supremum Ao. 1503 d. 22. Novembr. teste *CHEMNITIO, in Epit. vide tamen KLVVERVM, l. c. p. 609* cum duos ultra sexaginta annos vixisset.

Serenissimo itaque Duce atque Principe, Domino *CAROLO LEOPOLDO, Duce regnante Meclenburgico, Principe Vetustae Gentis Henetae, Suerini & Raceburgi, Comite item Suerinensi, Terrarum Rostochii atque Stargardiae Dynastae, &c. Domino Nostro Clementissimo, Atnepote suo, Tritavus MAGNVS hodie Minor est factus, Eique hanc divinam concedit coeli indulgentiam, quae clementissim Ducis nostri vitae terminos, ferae conservat commendatque posteritati. Imo vero proni procumbentes hanc veneramur coelestem gratiam, quod Tritavo suo MAGNO, gl. m. Major hodie factus sit Atnepos, Seren. Dux regnans CAROLVS LEOPOLDVS. Si enim non plane fallimur, nec injuste Amicorum Principis autoritatem adhibemus in consilio, Annum hodie non solum evasit LXIII. sed LXIVti quoque laetus incolumisque felicia auspiciatur primordia. Primo Romanorum Imperatore Augusto se majorem sistit Clementissimus Patriae Pater, quia nec indigino exsultat gaudio, nec annorum numero efficaciam tribu-*

buit, (quale quid de Augusto refert GELLIVS Noct. Atticar. XV. 7.) sed cum Maximiliano Imperatore quemlibet sibi annum habet climactericum, quod ZINCKGRÆFIVS in Apophthegm. Part. I. p. m. 113 ita effert: alle Jahre seyn uns climacterische Jahr. Wir seyn alle Jahre reiff zum sterben, denn der Tod siehet auf keine Anzahl der Jahre. Sit itaque Genethliacis annus LXIII. climactericus ille Magnus, quia septies Novenarium complet, sed quod frustra eundem senibus faciunt tristem atque fatalem, Serenissimi Ducis CAROLI LEOPOLDI Aliorumque Seren. Ducum Meclenb. exemplis probare juvat. Videatur interim e multis BAPTISTA CODONCHRI de Annis Climact. Part. I. cap. 1. p. 5. 7. &c. edit. Colon. 1623. in 8vo, & qui eundem etate antecessit HENRICVS RANTZOVIVS, in Tract. de Annis climact. p. 88. qui subiectus est Ejusdem Catalogo Imperatorum &c. qui artem astrologicam amarunt, Lipf. 1581. edit. in 8vo quem non minori studio quam religione transcriptum illustrare studet RICHTERVS in Axiomatibus Oecon. p. 42. sqq. Acutissimum vero Gallum JOH. BODINVM in suis de republ. Libris, Lib. 4. cap. 2. p. m. 652. sqq. ab hac animi labe non intactum se conservasse tanto magis admirabimur, quanto apertius constat, Eundem hujus numerorum scientiae longe fuisse callentissimum, licet CODONCHRVS lib. cit. p. 55. frustra hanc ei palmam facere tentet dubiam. Quanta enim horum Genethliacorum sit vanitas nemo solidius & majori cum integritate fideque docere poterit quam Princeps ille Genethliacorum CENSORINVS in de Die Natali scitissimo libello. Ita autem ille cap. 14. fere circa fin. de hoc LXIII. anno etatis: Hunc licet quidam periculofissimum dicant, quod & ad corpus & ad animum pertineat; ego tamen ceteris duco infirmiorum. Nam utrumque quidem supra dictum continet numerum, sed neutrum quadratum: et ut est ab utroque non alienus, ita in neutro potens: nec multos sane quos vetustas claros nomine celebrat, hic annus absumpsit. Henr. LINDENBROGIVS. in Spicilegio Notarum suarum ad haec Censorini verba p. 206. Miror, inquit, qui hoc dicat, cum autores ferme omnes periculofissimum dicant. Minime autem miratus fuisset, si allatas a Censorino rationes diligentius ex hypothefibus Arithmeticis curasset. Non enim opinatur Censorinus, sed ex ipsorum Babyloniorum praeceptis ratiocinatus est. Multo proinde

proinde enucleatius mentem Cenforini assequutus fuit & explanavit Vossivs, quem vide in *Theol. Gentil.* III. 20. p. m. 817
 Ut vero omnis climactericorum vanitas pluribus innotesceret atque everteretur, humillimae meae & gratulabunda pietati erga Indulgentissimum Patriæ Patrem ita indulsi, ut testes habeam

Iuvenes ob pietatis, doctrinae vitaeque cultum commendabiles,
 eras V. D. finitis Sacris pomeridianis hora IV. dicturos.

I. THOMAS enim IOACHIM KOELPIN, Plavia Megapolit.
 Orat. Lat. habebit de Anno climacterico Magno.


II. IOHANN. PETRVS HALTERMANN, Gustroviens.
 Veneraturus est metro Germ. *Gloriam Seren. Domus Meclenb. ex Principibus Longævis.*


III. IOACH. FRIDER. PLAHN, Kogelco-Meclenb.
 Latino carmine humillime gratulabitur *Serenissimo Androcleæ Superatum.*

IV. IOHANN. GABRIEL PRIES, Rostochiens.
Augustissimo Russorum Imperatori Iohanni III. primum & Aetatis & Regiminis Annum felici fidere superatum humillimo cultu gratulabitur, Orat. germ.

Vos itaque veneranda Silicernia, quæ non solum per Vitæ Mortisque Arbitrum Senectutis facti estis Coronæ, sed ipsius quoque Iustitiæ Præsides & Directores: Vos per septem illas Annorum Enneades jamdiu a Vobis vel elusas vel divino beneficio superatas oro atque obtestor; Vos inquam, PRAESIDES & SACERDOTES VTRIVSQUE, IVSTITIAE, meis titulis qualibuscunque longe superiores, imploro quam officiosissime, hunc mihi meisque discipulis tribuatis favorem ut praesentes Vos Dicturi habeant, quos gravissimos gratissimosque coram & cum omni cultu revereri possunt, vera iri prolatum nec superstitioni Enneaticæ locum relictum Vestram canitiem appellabimus testem, quam vegeta viridisque sit Nostri clementissimi Ducis regnantis venerabilis senectus quae ut diuturna contingat, Votorum nostrorum Summa erit, Vestri cani refellent vanitatem Mathematicorum Enneaticorum! Omnes denique quotquot praeterea optant ut senectutem adipiscantur (optant vero omnes teste CATONE CICERONIS de Senect. cap. 2.) hoc addetis studiosae Juventuti calcar ad bene feliciterque dicendum: *Senex in domo signum bonum est in Domo*, quidni etiam verenda ora vestra Nobis exoptatissimum esset signum in domo etiam Scholastica? Coniunctis precibus ita officio vel pietati potius nostræ satisfacere studebimus, ut omnis vitæ Autorem invocemus, velit *Antiqui sille Dierum* benedicere omnibus canis Serenissimæ totius Domus Meclenburgicæ, praesertim vero clementissimi Ducis & Nutritoris nostri, DOMINI
CAROLI LEOPOLDI!

FIAT! VIVAT!





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832289566/phys_0020

De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick
 Cum deinde turbulentum *Brunsvicum*, mox vero Gv
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabant Auto
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*
xon. Super. p. 941. In templo Cathedrali Halensi
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17
CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2
Jac. THOMASII, Oratt. p. 121. *LANSII Consult.* p. n
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

